



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 43. Concilium Alexandrinum Præsiede Osio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

mulgati Evangelii, adoraverant, fuerint ^{Sæculum IV.} Idololatræ, quod adorassent creaturam, ^{A. C. 324.} aut duos Deos adoraverint, ex suppositione, quod cum Patre non esset idem Deus.

§. XLIII.

Concilium Alexandrinum Præside Oſio.

Oſius ubi cum epistola Constantini Alexandriam pervenit, copiosam Synodum convocavit, (*) in qua Presbyter Colluthus, schismaticus, qui Presbyteros ordinare præsumperat, in ordinem simplicis Sacerdotis redactus est, ordinationes ejus nullæ declaratæ, & quos ordinaverat, in statum laicalem reciderunt. Ita schisma illud sublatum, cujus tamen postea

Ap. Athan. ap. 2. 794. D. 731. C.

(*) Hier schwätzet der Uebersetzer in seiner Nota daher, Baronius habe dieses Concilium fälschlich für ein allgemeines ausgegeben. Man weiß in der Römisch-katholischen Kirche von keiner allgemeinen Kirchen-Versammlung vor der Nicänischen. Doch doch unser Uebersetzer so viel Vernunft hätte, und erkennete, was für ein unendlicher Raum zwischen ihm, der sich nicht getrauet, dieser Uebersetzung seinen Namen vorzusetzen, und dem Cardinal Baronius sey!

Cardinalis Baronii verba ad annum Christi 319. Numero mihi XXII. hæc sunt: *Constat quidem Athanasii testificatione, Eum (Oſium) in Ægyptum profectum esse, & ibi Generale Concilium celebraſſe; sic namque illud Athanasius nominat, quod*

Sæculum IV. postea nonnulla adhuc deprehenduntur
 A. C. 324. vestigia. Hæc omnia sunt, quæ in Con-
 cilio isto ab Osio perfecta legimus. Li-
 Euf. II. vit. tem, quam Arius moverat, dirimere non
 c. ult. potuit, videmus tamen, eum vocibus
 Substantia, & hypostasi usum fuisse, ut ex
 Socr. III. rorem Sabellii eliminaret. Osius quæ
 hist. c. 7. stionem quoque de Paschate celebrando
 Sozom. I. quæ partim ejus Legationis causa fuerat
 hist. c. 16. componere non valuit; Multi enim in
 Euf. III. Oriente adhuc dum hoc festum 14. Luna
 vit. c. 5. more Judaico zelose celebrabant, quod
 omnium oculis magnam Disciplinæ diver-
 sitatem exponebat, dum Christianorum
 aliqui, aliis mœrentibus & jejulantibus
 festos dies agebant, & lætitiâ palam pro-
 fitebantur.

§. XLIV

*quod præsentis Apostolicæ Sedis Legato, omnibus
 Episcopi illarum Provinciarum, quæ parebant
 Antistiti Alexandrino, fuerint ad Synodum con-
 vocati. Et inferius: N. XXXIII. ne quis putet
 cum Generalem Synodum dicit, Nicænam intelli-
 gere, idem ipse Athanasius celebratam eam esse
 Alexandriæ demonstrat &c. Ex his verbis patet,
 Cardinalem Baronium nullatenus dicere, fuisse
 illud Concilium Generale totius Ecclesiæ Ca-
 tholicæ, sed Interpretem Protestantem de Eminentissimo
 Viro impudenter mentiri. Ceterum ex ipso
 Fleurio didicisse poterat Interpres, Africanos
 Concilia ex omnibus Africæ Provinciis congregata,
 solitos fuisse appellare Generalia.*